

episcopus, „nichil a uobis teneo“ Simon respondit. Quod uerbum ad abbatum religiosorum^c et nostras et ceterorum^d assistencium peruenit aures mirantium, qualiter homo, qui fidelitatem archiepiscopo iurauerat et se hominem ei dederat, tale quid aduersus eum dicere presumpserit. Vos igitur, domine pater, qui in primo gradu ei, qui ueritas est, in hac presenti ecclesia sublimius inhibetis, diligenter supplicamus inspicite, cui potius intendi uel credi oporteat, utrum uni qualicumque^e persone an tot religiosis^c et Deum timentibus uiris.

5. c) relligioss. . Hs. d) am Rand nachgetragen für getilgtes ceteras auf Rasur Hs. e) qualicomque Hs.
